



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Gli Statvti Della Sacra Religione Di S. Gio: Gierosolimitano**

**Bosio, Giacomo**

**Roma, 1597**

S. D. N. D. Gregorii Papae XIII Redvctio Quarundam Literarum Pij V. pro  
Militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani, ad terminos Decretorum Concilij  
Tridentini. Greg. PP. XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10742**

## GREGORII PAPAE XIII

REDVCTIO

**Quarundam Literarum** Pij V pro Militibus Sancti  
Joannis Hierosolymitani; ad terminos Decre-  
torum Concilij Tridentini.

GR. PP. XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

In circumspecta in omnibus actibus suis Rom. Po-  
tif. prouidentia, interdum ea, quae certis etiam  
rationabilibus tunc suadentibus causis à Se-  
de Apostolica emanata repertuntur, alia su-  
perueniente ratione, qua praesertim Popu-  
lorum offenditioni occurritur, & Episcoporum iu-  
risdictioni rite consilium, redire, ac suam declarationem inter-  
ponere consuevit, & alias desuper disponit, prout temporum  
retum, & Personarum qualitate pensata perspicit in Dno sa-  
lubriter expedire. Cum itaque coperatum sit quā plurimos Cle-  
ricos Seculares, necnō Laicos, Gratijs, & Priuilegijs, quibus  
Sedes Apostolica Dilectos Filios Magistrū, Gōuentū, & Mi-  
lites Hospitalis S. Ioannis Hierosol. de Republica Christiana  
optime semper meritos, ac eorum Ecclesijs, & loca liberaliter  
prosequuta est, abundantes, unde sibi religiosius viuēdi, legē  
imponere deberent, inde laxioris vitæ occasionem arripere,  
dum varios, saepe etiam vanos exēptionis, libertatisq; titulos  
prætexunt. Alij quidē quod pro Vicarijs, Cappellanijs, Mini-  
stris, & Inferuientibus Ecclesijs, dicti Hospitalis quodolibet  
ascripti sint. Alij verò quod Coloni, Procuratores, & Famili-  
liares ipsorum Militū existat, quāuis in proprijs Dominib; licē-  
ter degant, nihilominus ex prædictorū Militū Priuilegijs, il-  
lorūq; confirmatione etiam post Concilij Trid. a fel. re. Pio Pa-  
pa V. Prædecessore nostro obtenta, prætendant se ab omni  
iurisdictione Ordinariorū exēptos esse, nec ab illis inquireti,  
visitari, puniri, aut corrigi posse; eoque ipso delictorum suorum

illorum

K

sibi



sibi impunitate promissa, grauem in populo offensione praebere, & in Episcoporum iurisdictione perturbationem in dies in*acto* excitare dignoscantur. Idcirco nos huic malo, quod a prae*dic*to Concilio nulto ante preciousum fuerat, salubriter prudere volentes, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantia, sed ex meta nostra voluntate, ac deliberatione, & certa scientia; deque; Apostolicæ potestatis plenitudine, oia & singula Priuilegia, ex*cep*tiones, gratias, & indulta Magistro, Concilio, Militibus, & Militiae dicti Hospitalis per quoscumque; Rom. Pontificis. Prædecessores nostros, & Sedem prædicta in genere, vel in specie quodolibet concessa, & confirmata, necno dicti Pij V. Literas super eorundem confirmatione emanatas, sub Dat. Romæ apud S. Petru sub anulo Piscatoris, die xxix. Novemb. M D LXVIII. Pontifica eius sui Anno Tertio, ad prædicti Concilio Decretorum terminos, tenore primitum reducimus, ac reducta esse, nihilque; ex ipsis Priuilegijs, ex*cep*tionibus, gratijs, & indultis Ordinarijs locorum detractum esse, quomodo ipsorum Militu Vicarij, Capellani, Ministri, Seruientes, Ascripti Coloni, Procuratores, & Familiares Militu huiusmodi, quibus ea iam concessa sunt, & in posteru concedi contigerit, ab ipsis Ordinarijs, tanque Apost. Sedis Delegatis, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, etiam extra visitationem, quod, & quoties opus fuerit, inquire, visitari, puniri, & corrigi possint, ipsorumque Ordinariorum iurisdictioni plene in prædictis subiecti existant (exceptis tertiis, quod Ecclesijs, & alijs locis dicta Religionis, viuentes intra septa, & sub obediencia Magistri, vel Preceptorum sunt exempti a iurisdictione Episcopu, Necno qui habitum suscepunt, & professionem emi serunt.

A&u seruientes ecclesijs, & alijs locis dicta Religionis, viuentes intra septa, & sub obediencia Magistri, vel Preceptorum sunt exempti a iurisdictione Episcopu, Necno qui habitum suscepunt, & professionem emi serunt. Ecclesijs, alijsque; locis dictorum Militu actu seruant, & intra eorum septa, & domos resident, ac sub eorum obedientia vivunt, quae oia debere simul concurrere intelligantur, siue ijs, qui legitime & secundum Regulam prædictæ Religionis professionem fecerint, de qua loci Ordinario constare debeat. Et ita in præmissis oibus, & singulis per quoscumque; Iudices Ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, Sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis causa, & institia iudicati, & definiti debere; proptertesque; Literas de subreptionis, vel ob*reptionis* visio, seu intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari.

id

A

**A L L V R** 79  
pugnari non posse, sed illas semper validas, & efficaces esse;  
nec per Magistrū, Conuentum, & Milites prædictos quorū-  
cūq; Priuilegiorū, Statutorum, cōsuetudine, & stili prætextu,  
vllatenus infringi, vel contra illas, & in eis cōtenta veniri nō  
posse, neq; debere: Irritum quoq;, & inane quicquid secus su-  
per his à quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignoranter  
contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Nō obstañ.  
præmissis, ac Cōstitutionibus, & Ordinationibus Apost.ac di-  
cti Hospitalis ét iuramēto, confirmatione Apost. vel quauis  
firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Stabi-  
limentis, v̄sibus, & naturis; necnon declarationibus, Inījs, iu-  
ramentis, cōcordijs, Priuilegijs quoq;, Indultis, & Literis A-  
post. Magistro, & Conuentui, ac Procuratoribus, & alijs qui-  
buslibet ipsorū Militum intuitu, vel contēplatione, per quos  
cūq; Rom. Pontif. & Sedem prædictā qūodolibet concēsis,  
cōfirmatis, & innouatis; Quibus oībus, & singulis, etiā si pro  
sufficienti eotū derogatione, de illis, eorūq; totis tenoribus  
specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clau-  
sulas generales idem importantes mentio habenda, aut ali-  
qua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret; illorū teno-  
res, ac si de verbo ad verbū nihil penitus omisso, & forma in  
illis tradita obseruata, inserri forent, pñtibus pro sufficienter  
expressis, & inseritis habentes, ad effectū pñtium dūtaxat spe  
cialiter, & expresse, motu simili derogamus, ceterisq; cōtra-  
rijs quibuscūq;. Eisdē Pij Papē V. Literis memoratis quoad  
alia, & in eo maxime, quod voluit prædictorum Militum Pri-  
uilegia, illorumq; confirmationem non cōprehendere, neq;  
Ecclesias, neq; Personas in his, quæ ad curā Animarū perti-  
nent, sed in his dicti Concilij Trid. decreta omnino seruari  
debere, in suo robore permanentibus. Volumus autem, q  
præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarij pu-  
blici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica  
constitutæ munitis, eadem vbiq; fides, tā in iudicio, q extra  
adhibetur, quæ eisdem pñtibus adhiberetur, si forent exhi-  
bitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Petrum, sub anulo Pi-  
scatoris, die xxv. Nouembris M. D. LXXX. Pōtificatus Na-  
stri Anno Nono.

Cæ. Glorierius.

K 2

